

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Consolacio f  
cum uariis

Non plangam cum Iacob et Daudid filios in lege morituros, sed cum Christo in euangelio suscipiam resurgentes; Iudeorum luctus Christianorum gaudium est. Vnde Moyses moriens plangitur, Iesus absque funere et lacrimis in monte non sepelitur. Ad uesperum demorabitur fletus et ad matutinum leticia.

Ieronymus ad Heliodorum de morte Nepociani presbyteri.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

est *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>